



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

6 Papa solus in pluritate beneficiorum incompatibilium dispensat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

NISI rigor diſciplinæ quandoq; relaxetur, ex diſpenſatione miſericordiæ in nervum facile poſſet erumpi, multorum ideo crimina ſunt damnabilia, quæ tamen Eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſſitatis, ſive utilitatis, & pro eventu rei, ut in cap. requiritis, §. niſi rigor. 1. q. 7.

Unde cum ſupra viſum fuerit, quomodo beneficia conferantur, & penſiones ſerventur, in quibus pluries diſpenſationes requiruntur, in hoc capitulo de diſpenſatione, quid ſit, quot ſint ſpecies diſpenſationum, quis poſſit diſpenſare, qualiter ſit diſpenſatio facienda, & qui ſit effectus diſpenſationis breviter ſum verba facturus.

1 Primò diſpenſatio eſt rigoris juris per eum, ad quem ſpectat, miſericors canonice facta relaxatio, ut d. §. niſi rigor. ubi etiam gloſſ. in verb. ut plerisque, & cap. ſeq. Abb. in cap. at ſi clerici, §. in adulteris, num. 12. de jud. & Hoſt. in ſum. numer. 1.

2 Species autem ¶ diſpenſationum ſunt tres, quarum una eſt debita, alia prohibita, & alia permiſſa, gloſſ. in cap. ut conſtitueretur, in verb. detrahendum. 50. diſt. debita eſt cauſa neceſſitatis, permiſſa, utilitatis, ut in cap. & ſi illa. junct. gloſſ. in verb. vel temporum. 1. q. 7. prohibita eſt, ubicunq; decoloratur ſtatus Eccleſiæ, quo caſu diſpenſari non poſteſt, ut contra Evangelium, vel præceptum Apoſtoli. cap. ſunt, qui dicunt, circ. princ. 27. q. 2. & gloſſ. in d. §. niſi rigor. in verb. ut plerique & eſt debita diſpenſatio, ubicunq; perſona, res, locus, & cauſa exigit, cap. 1. & per tot. 29. diſt. & gloſſ. in cap. domino

ſancto, in verb. neceſſe ſit. 50. diſt. permiſſa, ea eſt, quæ rationabiliter, & non neceſſarid ſit, ut, quando ſit propter prærogativam meritum, quam ſolus Prieceps in genere quiſque ſuo in duplicibus exercet, & Epicoſopus in ſimplicib. Hoſt. in ſum. de ſil. preb. circ. ſin. verſ. alia rationabilis, & in quibus Papa, in quibus verò Epicoſopus poſſit diſpenſare, infra patebit.

Papa ¶ in omni caſu, & impedimento à jurè humano, ſive poſitivo inducto diſpenſare poſteſt, quia eſt loco Petri, & quoniam vetus, 24. q. 1. & Vicarius Jeſu Chriſti, cap. 1. 2. & 4. de tranſlat. Epicoſo.

4 Et poſteſt etiam ¶ ex cauſa, ſua conſtitutione, vel reſcripto, jus divinum interpretari, & limitare, licet in totum tollere non poſſit, quia eſt immutabile, clem. ne romani, in princ. de elect. Innoc. in cap. 2. in ſin. de bigam. & Feli. poſt alios, quos citat. in cap. qua in eccleſiarum, num. 19. de conſtit. & in pluribus ¶ ſolus Papa poſteſt diſpenſare.

6 Primò ¶ in pluritate Epicoſopatuum, aut quorumcunq; aliorum beneficiorum curam animarum habentium, aut aliàs perſonalem reſidentiam requirentium, quæ ſunt incompatibilia, ut cap. ſanctorum, 70. diſt. cap. de multa. de præbend. cap. ordinarii, de off. ord. in 6. cap. execrabilis, §. quia verò, in extravag. com. & Concil. Trid. cap. 2. 4. & 5. ſeſſ. 7. de reform.

Secundò ¶ ad plura beneficia, quàm duo ſimplicia, etiam quantuncumque tenuis redditus, ſolus Papa diſpenſare poſteſt. conc. Tridentin. cap. 17. de reform. ſeſſ. 24. & ita fuit à ſacr. congrega-
tione